1 dum regulariter concedere * ſolent, ſi illi ul-
tra Imperatorem, Papam, & Reges Superio-
rem non recognoſcant ex cumulatis per Guil-
helm. Anch. de reſcript. & morat. concl. 11, nu. 5,
Leoncill. de privileg. pauper. 84, nu. 1, & 3, part.
2, Carol. Caruſ. in ſilv. termin. arb. 1, à num. 35,
ad 39, Sanfelic. dec. 305, in addit. Fenzon. ad
ſtatut. urb. cap. 161, nu. 21, Arias de Meſ. var.
reſolut. lib. 3, cap. 41, n. 26, Leotard. de uſur. q. 85,
nu. 1, Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2,
cap. 62, n. 25, Salgad. in Labyrint. credit. part. 2,
cap. 30, n. 2, Jo. Ant. ab Eccleſ. obſerv. 123, n. 7,
lib. 1, Morot. in Apolog. pro Magiſtr. Pedem. ſub n.
18, verſ. Ego ſanè Donad. de renunciat. cap. 28, n.
87, & 88, Gallarat. de renunciat. 196, n. 1, Stai-
ban. jun. de intereſ. lib. 1, quæſt. 2, n. 55, & ſeq. a-
lios cumulat Auctor hic n. 1, & 2, ubi quod id
2 quoque procedat etiam ex conſuetudine * quoad
debita jurata, tametſi de rigore juris non videa-
tur ſubſiſtens. Salgad. in Labyrint. credit. part. 2,
cap. 30, n. 14, Jo. Ant. ab Eccleſ. d. obſervat. 123,
n. 14, 17, & 18, lib. 1, Carol. Caruſ. in ſilv. term.
arb. 1, n. 62, Fenzon. ad ſtatut. urb. cap. 161, n. 44,
latiſſimè proſequitur, Guilhelm. Anch. de reſcript.
& morat, concl. 30, nu. 16, 20, 21, & per totam.
Donad. de renunciat. cap. 28, à num. 119, ad 127,
Author hic nu. 24, ubi quod Magiſtratus dilatio-
nes prædictas concedere nequeant, Jo. Carol.
Antonell. de tempor. legal. p. 2. cap. 62, n. 29. Jo.
Anton. ab Eccleſ. d. obſervat. 123, nu. 6, lib. 1,
Guilhel. Anch. de reſcript. & morat. concl. 11. nu.
11, & 12, ubi declarat.

Dilatio moratoria à Principe conceſſa regula-
riter, ordinariè & ex ſui natura fidejuſſores de-
3 bitores * non concernit, nec eis proficit, adeò
ut poſthabitâ conceſſione illâ ab ipſis debitum
principale ſtatim exigi poſtulativè poſſit Maur.
Aretin. de fidejuſſor. ſect. 9, §. 10, n. 1, & 9, fol. 521,
Hering. de fidejuſſ. cap. 27, part. 4, ex n. 76, Gra-
tian. diſcept. forenſ. 12, n. 4, Mareſc. var. reſolut.
130, n. 1, & per totam lib. 2, Hodiern. ad Surd.
dec. 301, num. 2, & 3, infinitos cumulat Guilhel.
Anch. de reſcript. & morat. concl. 66, n. 3, Rot.
apud tract. Duard. de cenſibus dec. 339, num. 6,
Salgad. in Labyrint. credit. part. 2, cap. 30, n. 31,
ſeq. & 41, Fantanell. dec. 473, n. 17, 18, & 19,
Fenzon. ad ſtatut. urb. cap. 161, n. 39, Mart. vot.
44, n. 3, Arias de Meſ. lib. 2, cap. 13, n. 14, & ad-
mittit Auctor hic n. 4, Jo. Carol. Antonell. de
tempor. legal. lib. 2. cap. 62, n. 19, Donad. de re-
nunciat. cap. 28, n. 94.

Cui quidem regulæ trinam applicant limita-
tionem, prima quando habenti moratoriam con-
demnatio fidejuſſoris noceret, puta quando con-
venti fidejuſſores regreſſum haberent contra
4 principalem, eo * quod iſte ad favorem fidejuſ-
ſorum renunciavit moratoriæ impetrandæ & uſui
contra ipſos. Hoc enim caſu moratoria debitori
conceſſa etiam fidejuſſori prodeſſet; Gratian. d.
diſcept. 12, ex n. 4, ſeq. &c. ubi quod ita judicavit,
& diſcept. 290, n. 40, Graſſ. de except. 32, n. 41,
Urſil. ad Afflict. dec. 288, n. 1, in fine, cum ad-
ductis per Guilhelm. Anch. de reſcript. & morat.
concl. 66, n. 65, Salgad. in Labyrint. credit. p. 2,
cap. 30, n. 43, & 44.

Limitatio ſecunda eſt quando fidejuſſor non
5 renunciavit beneficio cedendarum, * quia tunc
utitur dilatione principali conceſſa, Graſſ. de ex-
cept. 32, n. 43, Maur. de fidejuſſ. ſect. 9, §. 10, n. 14,
cum adductis per Salgad. in Labyrint. credit. part.
2, cap. 30, nu. 4, Noguerol. allegat. 15, nu. 50,
Olea de ceſſion. jur. tit. 6, quæſt. 2, ſub num. 20,
verſ. tamen ubi debitori; dum generaliter fir-
mant moratoriam fidejuſſoribus ſuffragari quo-
ties iſtis contra principalem regreſſus compete-
ret.

Tandem pro nunc limitatur concluſio ubi vel
obligatio conſiſtit in faciendo ratione individui-
tatis, & mutui præjudicii debitoris, quia tunc
etiam fidejuſſori * dilatio conceſſa principalis 6
proficua exiſtit. Mareſcot. d. reſol. 130, n. 1, & ſeq.
lib. 2, Scac. de judic. lib. 2, cap. 7, n. 392, & opti-
mè declarat Geneca de ſcript. privat. lib. 3, tit. an
dilatio quæſt. 1, n. 12, fol. 166, Guilhelm. Anch.
de reſcript. & morat. concl. 66, n. 62, Salgad. in La-
byrint. credit. part. 2, cap. 30, nu. 45, vel quando
creditores agunt contra ſequeſtrarios bonorum
debitoris * quos iſti defendere poſſunt ratione 7
ſui præjudicii, ne interim pendente moratoriâ
vendantur eorum bona, Gratian. d. diſcept. 12,
n. 13, Surd. dec. 301, per totam: ubi Hodiern.
n. 1, Monac. dec. Florent. 49, n. 10, in fine, Sal-
gad. in Labyrint. credit. part. 2, cap. 30, n. 46,
plures alias limitationes circa hujuſmodi regu-
lam, quod moratoria principali conceſſa non o-
pituletur fidejuſſori cum ampliationibus ex pro-
feſſo, & poſt alios examinat Guilhel. Anch. de
reſcript. & morat. d. concl. 66.

Quibus verò, & quot in caſibus moratoria ob
privilegium rei * perſonarum cauſæ crediti non 8
operatur à n. 5, uſque ad 19, & n. 22, hic Auctor
inquirit, & præter ibi congeſtos examinat Leo-
tard. de uſur. q. 32, nu. 14, & Fuſius q. 85, per tot.
Guilhel. Anch. de reſcript. & morat. tot. volum. &
ſignanter à concl. 20, uſque ad concl. 48, Jo. Carol.
Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 62, per totum,
Altograd. conſ. 95, ſub n, 11, verſ. tum etiam quia
lib. 1, ubi quod ceſſet moratoria ubi de cauſa do-
tis agitur favore mulierum, Donad. de renunciat.
d. c. 28, à n. 141, ad 149, ubi tamen diverſificat in
hoc moratoriam conceſſam à Principe à conven-
ta * à creditoribus ſeu à majori eorum parte, & 9
iſtam fortius ligari, & extendi etiam ad privile-
giatos concludit, Jo. Ant. ab Eccleſ. d. obſervat.
123, n. 15, 20, & ſeq. lib. 1, Zacch. ad Gall. de Cam.
oblig. q. 19. n. 16, ubi quod dilationes, ſeu morato-
riæ debitoribus in forma Cameræ obligatis non
proficiant, Carol. Caruſ. in ſylv. term. arb. 1, n. 28,
33, & ſeq. & à n. 47, ad 60, Salgad. in Labyrint.
credit. p. 2, c. 30, à n. 13, ad 30, Staiban. jun. de in-
tereſ. lib. 1, q. 2, n. 59, & 60, ubi quod moratoriæ
locum non habeant in dote nec in depoſito quod
repetit lib. 2, q. 14, n. 32, Merlin. de pignor. ac hy-
pothec. lib. 4, tit. 5, q. 136, per totam.

Moratoriam impetrans regulariter fidejuſſio-
nem præſtare obſtringitur de ſolvendo finita di-
latione latè Salgad. in Labyrint. credit, p. 2, c. 30, 10
n. 6, cum pluribus ſeq. ubi iſtud ampliat, etiamſi in
reſcripto Principis cautio appareat omiſſa, dum-
modò petatur. Jo. Anton. ab Eccleſ. d. obſerv. 123,
n. 10, & 11, ubi quod Princeps de plenitudine po-
teſtatis concedere poſſit dilationem abſque one-
re fidejubendi, dummodo ſe ſubſcribat lib. 1,
Leoncill. de privileg. pauper. 84, n. 7, p. 2, latiſſimè
Guilhel. Anch. de reſcript. & morat. concl. 49, ex
n. 1, & per totam: ubi inſuper quod requiratur pe-
titio, & vix Princeps fidejuſſionem remittere va-
leat nu. 78, 103, 104, & ſeq. Donad. de renunciat.
d. c. 28, n. 104, ad 113, Fenzon. ad ſtatut. urb. d. c.
161, n. 13, & 14. Si autem facta diligenti requiſi-
tione propter inopiam habentis dilationem ad
ſolvendum fidejuſſores non invenerit, per jura-
toriam cautionem * huic obligationi ſufficien- 11
ter ſupplebit ex copioſè relatis per Guilhelm.
Anch.

Anth. de reſcript. & morat. concl. 49, n. 217, 218,
& ſeq. Fenzon. ad ſtatut. Urb. cap. 161, n. 17, &
18, Donad. de renunciat. d. cap. 28, n. 113, verſ.
ſi non invenerit. Jo. Carol. Antonell. de tempor.
legal. lib. 2, cap. 62, n. 26, & hanc concluſionem
amplectitur poſt alios Author hic n. 19. Leoncill.
de privileg. pauper. 84, n. 8, part. 2.

Et ſuppoſito quod moratoriis renunciari poſſit
12 * ſicuti admittunt, Gallerat. de renunciat. 196, n.
3, cent. 2, ubi non tam de impetratis, quam de
impetrandis, Guilhelm. Anth. de reſcript. & mo-
rat. concl. 26, n. 1, & per totam. Donad. de re-
nunciat. d. cap. 28, ſub n. 183. verſ. altera opinio.
Cùmque noſtris temporibus renunciationes fiant
moratoriis tam impetratis, quam impetrandis fru-
ſtra quæreretur, num renunciatio trahatur etiam
ad futuras dilationes obtentas per debitores poſt
renunciationem, quam quæſtionem examinat,
Bardellon. conſ. 30, ad quem Auctor ſe remittit
hic num. 20.

Moratoria à ſupremo Principe conceſſa obla-
tionem in minimo redolet, ſed dilationem me-
ram importat. Hinc igitur ſicuti per illam capita-
13 lis dumtaxat * ſolutio differtur, ita curſus uſu-
rarum intereſſe, & annua præſtatio exinde quo-
modolibet debita non impeditur latiſſimè poſt a-
lios, Guilhelm. Anth. de reſcript. & morat. con-
cluſ. 63, à n. 36. ad 55, & à n. 232, ad 247. ubi
ſingulariter limitat quoad intereſſe lucri vel dam-
ni tanquam ex mora ſolummodo præſtandi, &
infrà latius proſequitur uſque ad finem conclu-
ſionis præſertim num. 300, Salgad. in Labyrint.
credit. part. 2, cap. 30. num. 49, & 50. Donad. de
renunciat. d. cap. 28, n. 149. Leotard. de uſur. dicta
quæſt. 85, à n. 18. ad 31, ubi plures caſus recenſet,
& optimè declarat, cujus ſcripta reaſſumpſit, Stai-
ban. jun. de intereſ. lib. 1. quæſt. 2. ex num. 71,
ad 66, & tangit Author hic num. 21. At ſi con-
14 cedantur induciæ per creditores * non currunt u-
ſuræ lucri ceſſantis, cæteræ autem ex conventio-
ne, aut damno emergenti debentur, Salgad. in
Labyrinth. credit. part. 2. cap. 30, nu. 51. Guilhel.
Anth. de reſcript. & morat. d. concl. 63. nu. 129,
& latius à num. 329, uſque ad 346. ubi videtur
inclinare in eam opinionem quod non niſi inter-
eſſe conventum, ſeu ex conventione debitum
prætendatur, ubi aliud in conceſſione dilationis
non fuerit proviſum, aut ex conjecturis colliga-
tur, Leotard. de uſur. d. q. 85, à n. 32, uſque ad
finem. Auctor hic n. 21, qui ſimpliciter loquitur
ſeu tantum in moratoria à Principe conceſſa. In-
15 ter quos creditores ſi adſit Clericus * an ſit judi-
ci Eccleſiaſtico remittendus declarat, San-Felic.
dec. 305, per totam.

Deveniendo nunc ad materiam, de qua prin-
cipaliter agitur; juris indubitatiſſimi eſt alimenta
ſub dilatione debitori conceſſa, non compre-
16 hendi, ſiquidem eâ non obſtante * ad conſecu-
tionem alimentorum agitur, ut præter hic cumu-
latos n. 23, comprobant Surd. dec. 323, n. 9, ubi
de alimentis quæ præſtantur pendente judicio,
quem ſequuntur Gratian. diſcept. 236, n. 51, &
52. Hodiern. ad Surd. d. dec. 323, in princip.
Mart. tom. 1, ff. noviſ. tit. dilatio cap. 47. Salgad.
in Labyrint. credit. p. 2, cap. 30, ſub num. 23, verſ.
Aut ex cauſa alimentorum. Guilhel. Anth. de re-
ſcript. & morat. concl. 40, n. 26, & 28.

Illicò ac moratoria conceditur ad præjudicium
17 impetrantis * currere incipit, in odium verò
creditoris non niſi à die ſecutæ interpellationis
antequam agere nullatenùs impediebatur, Arias
de Meſ. lib. 3, cap. 41, num. 26, & 27. Carol.
Caruſ. in ſylv. term. art. 6, num. 20, & ſequent.

Publicæ utilitatis ex cauſa Princeps poſterio-
rem creditorem anteriori * præferre valet, ut 18
admittit Auctor hic num. 27. Buratt. dec. 715,
num. 1, & faciunt tradita per Acoſt. de privi-
leg. credit. ampliat. 2, ferè per totam; hoc ta-
men non procederet quoad creditores diverſæ
juriſdictionis * inter quos militat quoque regula 19
prior in tempore, potior in jure, Alex. conſ. 31,
ſub num. 8, verſ. Sed in caſu noſtro & 9, lib. 1.
Rot. dec. 228, n. 33, & ſeq. part. 8, & dec. 131, n.
27, part. 9, tom. 1. recent. Merlin. de pignor. & hy-
pothec. lib. 4. tit. 1. quæſt. 36. n. 9. Quæ tamen
regula non militat in eodem inſtrumento, * ac- 20
tu, aut teſtamento, in quibus non datur prius,
& poſterius, ſed omnia ſimul, & ſemel eodem
momento vires ſuſcipiunt, ac perficiuntur, dixi
allegat. 79, numer. 1, lib. 3. Rot. coram Merlin.
dec. 792, num. 21. Merlin. de pignor. & hypothec.
lib. 4, quæſt. 3. num. 14, 17, & 18, & poſt tract.
dec. 71, num. 8, repetita dec. 161, num. 6, part. 9,
tom. 1, recent. & dec. 147, num. 8, apud eundem,
Merlin. de pignor. & in Romana dotis 11, Februarii
1656. §. neque ſciam Bevilaqua.

CAPUT XIII.

SUMMARIUM.

1 Sequeſtrum omni jure prohibitum eſt. Fallit ubi extat conſuetudo in contrarium num. 2. Conceditur quando neutra ex partibus poſſidet num. 3. Conceditur in gradu appellationis ob periculum dilapidationis num. 4. Dicitur quod provenit ex decreto judicis numer. 5. Voluntarium verò quod fit de partium conſenſu num. 6. Laico, ne ſolvat Clerico à judice ſeculari fieri poteſt numero 7. Non reſolvitur niſi finita lite num. 8. Cautione idonea fieri impeditur, & factum removetur numer. 9. Juratoria cautione non tollitur num. 10. Declara ut num. 11. Non tollitur per cautionem ſtante obligatione Camerali num. 13.

12 Obligatus in forma Cameræ pro condemnato habetur.

14 Debitori debentur alimenta ex fructibus ſequeſtratis.

JUdicia à ſequeſtris minimè inchoanda tri-
tum, ac vulgare præexiſtit; Ideò ſeque-
ſtrum * omni jure prohibitum poſt alios com- 1
probat Auctor hic à principio cum numeris ſe-
quentibus allegat. 124, numero 61, lib. 3. Tho-
mat. deciſ. Macerat. 12. numero 7. & ſequent.
Georg. Mund. conſ. 10. numer. 14. lib. 1. Rot.
apud Salgad. in Labyrinth. credit. deciſ. 11. nu-
mer. 9. Joan. Baptiſta Antonell. conſ. 9, num.
3. Buratt. dec. 133, num. 11, & dec. 904. num.
4. Galupp. in prax. part. 2 cap. 3, n. 10.

Si tamen adſit ſtylus, conſuetudo, aut ſta-
tutum, quod ſequeſtra * etiam in principio 2
concedantur, obſervari debet, Cyriac. con-
troverſ. 494. numero 10. Joan. Baptiſta Anto-
nell. conſ. 9, numero 9, & 10. Sicuti ab ini-
tio ſequeſtrum conceditur * etiam in pro- 3
phanis, quando neutra partium poſſidet, vel
ſaltem turbida eſt illorum poſſeſſio donec de
bono jure interim cognoſcatur, Gratian. diſ-
cept. 402, numero 15. Rot. coram Duran.
dec. 243,

dec. 243. *n.*1. Poſt. *de manutent. obſerv.* 75. *n.*31.
& 35. Rot. *in Romana hæreditatis de Fabiis* 29.
Aprilis 1641. §. *finali Bichio*, & poſt alios ad-
mittit Auctor hic *ſub n.* 19.

Ad eandem regulam prohibitionis ſequeſtri
antè, poſt cœptum, & pendente judicio ſucce-
dit alia limitatio, juxtà quam ſequeſtro ſit lo-
4 cus ubi dilapidationis * ſubeſt timor, & hoc
maximè obtentâ jam ſententiâ favorabili in gra-
du appellationis dixi *allegat.* 124. *n.* 62. *lib.* 3.
Buratt. *dec.* 545. *n.* 5. Cyriac. *controv.* 507. *n.*
5. Jo. Franc. Andr. *controv.* 264. *per totam*,
Rot. *in Romana Vineæ* 17. *Aprilis* 1643. §. *Unde
Bichio.* Quam limitationem amplectitur Auctor
hic *n.* 23.

Præmiſſa prius *ſub num.* 4. diviſione ſequeſtri
in neceſſarium, & voluntarium: Neceſſarium
5 dicitur ſequeſtrum, * quod provenit ex decre-
to judicis, & regulariter non privat poſſeſſio-
ne, Duran. *deciſ.* 480. *num.* 10. *&* 17. cum infi-
nitis apud Poſt. *de manutent. obſervat.* 60. *num.* 1.
6 Voluntarium verò ſequeſtrum dicitur, * quod
fit de partium conſenſu, & regulariter privat
poſſeſſione, Gratian. *diſcept.* 114. *num.* 13. *&*
14. cum adductis per Poſt. *de manutent. obſervat.*
60. *n.* 13.

Sequeſtrum pecuniæ in manibus Laici ne ſol-
7 vat Clerico * emanatum à judice ſeculari non ſu-
ſtinetur, Ciarlin. *controv.* 44. *n.*9. *& ſeq.* & latiùs
controv. 171. *n.* 1. *& ſeq.*

Facto autem legitimè ſequeſtro non revoca-
8 tur ſeu non reſolvitur * niſi lite quoad omnes
inſtantias finita, Peon. *dec.* 33. *nu.* 22. Salgad.
de reg. protect. part. 2. *cap.* 16. *ex n.* 62. *& in
Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 13. §. 1. *n.* 7. *&*
9 *part.* 3. *cap.* 16. *n.* 69. alios recenſet Auctor hic
n. 25. *&* 26. ubi quod idoneâ cautione * ſe-
queſtrum fieri impediatur, & jam ſecutum re-
moveatur idem comprobant, Rot. *dec.* 654. *n.*
5. *&* 6. *part.* 2. *recent.* repetita apud Buratt. *dec.*
105. *& dec.* 595. *n.* 7. ibique Ferentill. *num.* 9.
& coram Card. Ottob. *dec.* 69. *n.* 1. Gratian.
diſcept. 531. *num.* 92. Pignat. *ad ſtatut. Ferr.
rubr.* 28. *n.* 41. in tantum quod ob impotentiam
10 cavendi non ſufficiat juratoria * cautio, Giurb.
dec. 4. *num.* 38. cum adductis per Pignat. *ad ſta-
tut. Ferrar. rubr.* 28. *num.* 46. & inclinant alii,
de quibus apud Auctorem hic *num.* 26. Feren-
till. ad Burat. *dec.* 595. *ſub n.* 9. *verſic. nec ſuf-
ficit.*

Prædicta verò intelligi debent quoad ſeque-
ſtrum pro ſecuritate judicii emanatum, conceſ-
11 ſum enim in executionem judicati * non niſi
actuali ſatisfactione ſubmovetur, Thomat. *dec.
Macerat.* 51. *n.* 10. Rot. apud Zacch. *de Came-
ral. obligat. dec.* 118. *n.* 9. *&* 10. & coram Bu-
rat. *dec.* 653. *nu.* 1. Ferentill. *ad eundem d. dec.*
595. *ſub n.* 9. *verſ. Verum hæc ubi*, tamen limi-
tat, quando non ita clarè de credito obtinentis
ſequeſtrum liqueret, Jo. Baptiſta Antonell. *conſ.*
12 9. *n.* 13. Cumque obligatus * in forma Cameræ
habeatur pro condemnato, Rot. apud Zacch. *de
Cam. oblig. dec.* 1. *n.* 16. *& dec.* 446. *n.* 2. *part.*2.
recent. & coram Duran. *dec.* 75. *n.*4. cum adduc-
tis per Ferentill. ad Buratt. *dec.* 401. *num.* 23.
Leoncill. *deciſ. Ferrar.* 67. *n.* 2. Pari ratione per
13 cautionem non tollitur * ſequeſtrum contra de-
bitorem in forma Camerali obligatum, Ferentill.
ad Buratt. *d. dec.* 595. *ſub n.* 9. *verſ.* 2. *limitatur.*
Thomat. *d. dec.* 51. *n.* 10. *& per tot.* Zacch. ad
Gulleſ. *de Cameral. oblig. q.* 37. *n.* 94. Pignat. *ad
ſtatut. Ferrar. rubr.* 28. *n.* 44.

Tandem concludit Auctor hic *n.* 27. alimen-
ta debitori deberi ex fructibus, * quoties ejus 14
bona ſub ſequeſtro remanent, qua de re dixi *ad
cap.* 1. *in fine*, & nunc addo, Poſt. *de manutent.
obſerv.* 75. *n.*49. *in fine*, *& poſt tractat. dec.* 409.
n. 2. & faciunt tradita per Rub. *in annot. ad dec.*
1. *ſub n.* 105. *verſ. Inſuper part.* 9. *tom.* 1. *recent.*
Andr. Cenſal. *deciſ. Lucen.* 76. *n.* 8. *&* 9. ubi ta-
men quod alimentorum commoditates ſequeſtra-
ri poſſint.

CAPUT XIV.

SUMMARIUM.

1 *Donatarius donanti egeno tenetur ad alimen-
ta. Præſumitur quod præſtiterit alimenta
donanti niſi iſte contrarium probet n.* 4. *Si
per pactum promiſerit alimenta & non præ-
ſtiterit, cadit à donatione n.* 5. *Fallit in do-
natione facta Eccleſiæ niſi adſit pactum cadu-
citatis n.* 7.

2 *Donatio ob denegata alimenta reſcinditur. De-
clara ſi præceſſerit petitio num.* 3. *Cum one-
re alendi non indiget inſinuatione n.* 9. *Cum
onere alimentorum ob non implementum cor-
ruit n.* 11.

6 *Donator ob non præſtita ſibi alimenta poteſt a-
gere præſcriptis verbis, conditione ob cauſam,
& rei vendicatione utili.*

8 *Reſtitutio in integrum competit Eccleſiæ adverſus
caducitatem à donatione ob non præſtita ali-
menta donanti.*

10 *Contractus ob non adimpletam conditionem re-
ſolvitur.*

EX natura rei, & obligationis antidoralis
donatarius in caſu egeſtatis donantis erga
eundem ſecluſa * etiam quacunque promiſſione 1
tenetur, quemadmodum pluribus exornat hic
Auctor *num.* 1. Scribentes *in leg. fin. eod. de re-
vocan. donat.* Calvin. *de æquit. cap.* 84. *num.* 2.
Cutel. *de donat. tract.* 2. *diſcur.* 1. *ſpecial.* 8. *n.*
10. *& ſub n.* 13. *verſ. Si enim*, *n.* 19. *& n.* 21.
Leoncill. *de privil. pauper.* 93. *n.* 1. *p.* 2. Spad.
conſ. 17. *n.* 15. *lib.* 1. *& conſ.* 235. *n.* 6. *& conſ.* 289.
n. 6. *&* 7. *lib.* 2. Rot. *dec.* 485. *n.* 1. *part.* 1. *di-
verſ.* Larr. *dec.* 66. *n.* 32.

Succeſſivè ſuboritur quæſtio, num in præ-
dicto caſu locus fiat revocationi donationis ob
non præſtita alimenta, expreſsè non promiſſa in
donatione, etiamſi non præceſſerit eorum * pe- 2
titio, & articulo magiſtraliter diſcuſſo affirmati-
vam pro revocatione donationis amplectitur,
Larr. *dec.* 66. *per totam*, Calvin. *de æquit. d. c.*
84. *nu.* 8. fundamentum faciens ſuper ingratitu-
dine donatarii, Leoncill. *de privil. pauper.* 92. *n.*
2. *p.* 2. Negativa tamen opinio, quod nimirum
ſit locus, revocatione donationis ob non præſtita
* alimenta donatario magis arridet, niſi præceſ- 3
ſerit petitio, Spad. *d. conſ.* 235. *n.* 8. *lib.* 2. Jo.
Franc. Andr. *controv.* 229. *n.* 6. & re maturè di-
geſta optimè concludit Author hic *ſub n.* 1. *verſ.
Denique Surdus.*

Adjecto autem in donatione pacto alendi do-
natarium, tunc ſi donatarius agit ad alimenta in
præteritum nil agit, niſi concludenter probet ſe
non alium, * ex quo pro donante viget præſum- 4
ptio, quod ipſe donatarium aluerit, Buratt. *dec.*
7. *nu.* 11. Spad. *dicto conſ.* 235. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 2.

At ſi contrarium demonſtret vel ex conflatione
5 debiti, aut ex aliis, * tunc dum donatarius non præ-
ſtitit alimenta donatori egeno revocatur donatio,
nec admittitur more purgatio. Leoncill. *de privil.
pauperum* 92. *numero* 3. *part.* 2. Cutell. *de dona-
tion. tract.* 2. *diſcurſu* 1. *ſpeculatione* 8. *numero* 27.
*fol.*52. ubi quod dominium rei donatæ tranſvolet
in donantem. Carol. Caruſ. *in ſilv. term. arb.*31.
numero 94. & latius declarat Auctor hic *ex nu-
mero* 2. *uſque ad numerum* 8. ubi concludit quod
donatio facta cum onere alendi, & donatarius
non implet promiſſa præſtando alimenta, tres do-
6 natori competant actiones præſcriptis verbis, *
conditio ob cauſam, & rei vindicatio utilis favo-
re alimentorum, ut ibidem *numero* 7. Caren. *reſo-
lutione* 23. *numero* 3. Joan. Andr. Georg. *allega-
tione* 31. *numero.* 20. *&* 26.

Superius dicta non militare in donatis Eccleſiæ
cum onere alendi, niſi accedat pactum caducita-
7 tis * in caſu non implementi, ſeu reſolutivum do-
nationis. Joan. Andr. Georg. *dicta allegatione* 31.
*nu.*11. *& per totam.* Caren. *dicta reſolutione* 23.
nu. 9. Novar. *de privilegio miſerabilium perſona-
rum* 30. *in ult. impreſſione.* Barboſ. *de univerſ. jur.
Eccleſ. libro* 3. *capite* 13. *numero* 19 Buratt. *deci-
ſione* 7. *nu.* 11. Bottillier. *de ſucceſ. ab inteſt. cap.*
1. *Theoremat.* 36. *nu.* 14. *fol.* 160. & ſecundum
præmiſſa intelligendus Thomaſ. *de Tutor. & Cu-
rat. titulo* 19. *ſub numero* 3009. *limit.* 352. *verſic.
etiam ſi ſit Eccleſia*: ubi tamen ſubjungit reſtitu-
8 tionem Eccleſiæ * deberi in integrum, quemad-
modum animadvertit Auctor hic *n.*19. Quam ſanè
9 donationem cum onere alendi non indigere * inſi-
nuatione obſervavit Auctor *ſupra cap.*11. *nu.* 20.

Contractus ultrò, citròque obligatorii ex inob-
ſervantia pactorum ſeu conditionum ex una parte
10 etiam in minimo in totum reſolvuntur; * nec al-
tera pars tenetur illis ſtare, ſive pactum ſonet in
modum, ſive in conditionem, exitu enim inſ-
pecto modus & conditio æquiparantur ex cumu-
latis hic *num.* 8, 9, *& ſequent.* ubi concludit eſſe
locum reſciſſioni contractus, quando aliàs is, cui
modus, vel conditio adimplenda erat, non fuiſſet
contracturus. Gratian. *diſceptatione* 307. *nu.* 24.
Barz. *deciſione* 48. *num.* 45. Surd. *deciſione* 220.
numero 15, *& ſeqq. & deciſione* 344. *num.* 15, *&*
16. Altograd. *conſilio* 9. *numero* 4. 91, *&* 92. *libro*
1. Joan. Carol. Antonell. *de tempore legal. libro* 1.
capite 54. *numero* 1. Nig. *de laudem. quæſtione* 59.
num. 2. *in fine*, *& num.* 3. *tomo* 2. & latè proſe-
quuntur adden. ad Gratian. *deciſ. March.* 13. *nu.*
1. *& per totam.* Royaſ. *deciſione* 64. *numero* 6.
ubi de emptore qui promiſerat dare fidejuſſores
quem ſequitur Eminentiſſim. Otthobonus *deci-
ſione* 131. *nu.*16. Rub. ad Rot. *deciſione* 81. *in an-
notat. num.* 77, *&* 78. *part.* 8. *recent.* ubi conclu-
dunt, quod ſi emptor pro parte pretium ſolvere
anticipatè, ſeu ad certum tempus, promiſerit, &
pro parte venditorem cautum reddere, ſi præcisè
non adimpleat, ex contractu ſic non impleto agé-
re non poſſit, & venditori liceat cuicunque rem
ipſam vendere ea ratione, quia non niſi ſub dictis
conditionibus realiter prius exequendis contrahe-
re intellexerat.

Redeundo ad donationem cum reſervatione a-
limentorum ſive per viam modi, ſive conditionis
11 * adjecta ob non implementum donatio ipſa re-
ſolvitur, *leg.*1. *Cod. de donat. quæ ſub mod. leg. fin.
Cod. de revocand. donat.* Cyriac. *controverſ.* 239.
Donad. *de renunciat. cap.* 19. *nu.* 56. *ac per totum.*
Caren. *reſol.* 23. *n.*4. *&* 5. Buratt. *deciſione* 640.
*nu.*15, *&* 16. ubi quod iſtud maximè procedat ſi
adſint clauſulæ reſolutivæ, Rot. coram Comitol.
*deciſ.*54. *nu.* 27. *& deciſ.*203. *n.*1. *part.*6 *recent. &
in Mediolanen. donationis* 10 *Junii* 1645. §. *quia in
donatione verſic. ſi quidem &* 16 *Martii &* 17 *De-
cembris* 1646. *coram Ghiſilerio*, *& in Romana do-
nationis* 3 *Junii* 1658. §. *unde etiam R. Cerro.*

CAPUT XV.

SUMMARIUM.

1 *Legatum diviti relictum in cauſam alimentorum
non dicitur factum. Secus ſi ſit factum paupe-
ri numero* 2. *Et de ratione numero* 3. *Do-
tis pauperi relictum dicitur pium numero* 4.

5 *Dos, & alimenta æquiparantur, & ab alimentis
ad dotem, valet argumentum. Et è contra
numero* 6. *Declara ut numero* 7.

8 *Alimenta peti debent coram judice cauſæ princi-
palis.*

QUÆSTIONEM ſatis examinatam per Au-
ctorem *capite* 3. ubi nos quoque annotavi-
mus, denuò excitat *hic nu.* 3. replicando cauſam
alimentorum pauperi debitorum favorabilem, ac
piam eſſe, nec iſtud in dubium revocatur, niſi a-
limenta diviti deberentur, adeò ut * legatum divi- 1
ti relictum in cauſam alimentorum non dicatur
factum. Giovagn. *conſil.* 78. *n.* 30. *libro* 1. Joan.
Carol. Antonell. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 43.
n. 1, *&* 6. Factum vero pauperi in cauſam alimen- 2
torum cenſetur factum. Joan. Carol. Antonell. *de
tempor. legal. libro* 4. *capite* 43. *numero* 2. *& ſeqq.*
Gratian. *diſceptat.* 565. *numero* 8. Ciarlinus *con-
troverſ.* 28. *num.* 11. Buratt. *deciſione* 73. *numero*
36. Lanfranc. Zacch. *de ſalar. quæſtione* 37. *num.*
9, *&* 10. ubi rationem aſſignat, * quia legatum 3
ex perſona legatarii interpretationem recipit. Le-
oncill. *de privilegio pauperum* 23. *nu.* 29. *& pri-
vilegio* 208. *num.* 2. *& ſeqq.* Rugger. *conſilio* 17.
*num.*18. *libro* 2. latè Rauden. *de Analog. cap.*28.
ex numero 156. Et circa hanc materiam videnda
ſunt quæ diximus *capite* 3. Quemadmodum circa
argumentum quod nimirùm ab alimentis ad piam
cauſam, & è contra procedat pariter diximus *di-
cto capite* 3. quod ſanè repetit Author hic *num.*4.
ubi quod in hoc omnes conveniant.

Legatum quoque dotis pauperi relictum judica-
tur pium, * ut infert Author hic *numero* 5. Gra- 4
tianus *diſceptatione* 666. *numero* 5. ubi quod dos
pauperi relicta in cauſam alimentorum cedat. A-
mat. *deciſ. Ferrar.* 24. *nu.* 7. Mar. Cutel. *de do-
natione diſcurſ.* 1. *ſpecial.* 6. *num.* 74. *tom.* 2. Rau-
denſ. *de Analog. libro* 1. *capite* 33. *nu.* 44. *& ſe-
quent.* Ciarlinus *controv.* 28. *numero* 11. Leoncil.
de privileg. pauperum 94 *numero* 1. *& per totum.*

Siquidem dos, & alimenta æquiparantur, * ita 5
ut ab alimentis ad dotem valeat argumentum.
Cephal. *conſilio* 485. *numero* 80. Seraphinus *deci-
ſione* 447. *num.* 7. Rota *deciſione* 395. *numero* 3.
part. 2. *recent.* Treutlerus *conſilio* 37. *num.* 188.
Olaſc. *deciſione* 124. *numero* 3. Sicut etiam à do-
te * ad alimenta ſaltem affirmativè. Cavagnolus 6
deciſion. conſult. 61. *numero* 11. ubi id præſertim
militare ſubjungit ubi nulla ſubeſt ratio diver-
ſitatis. Giurba *deciſione* 5. *num.* 12, *&* 40. *cum
ſequentibus*, ubi optimè declarat Mantic. *de ta-
citur. & ambiguitat. libro duodecimo. titulo* 16. *nu-
mero* 17. ubi quod argumentum etiam negativè
valeat, dixi *allegat.* 80. *num.*4. *lib.* 3. Rota apud